Vado mori ſenior iam finis temporis inſtat
Jamqꝫ patet mortis ianua Vado mori

Vado mori pulcer Viſu mors ipſa decori
Vel forme neſcit parcere Vado mori



Vis duo ſūt que cordetenus ſub pectore miſi. Mors mea. iudiciū. baratri nox. lux paradiſi

Mors
Vir ſacrate deuoteqꝫ frater
Semper Viuens in abſtinentia
Arripite citius hoc iter
Nulla Vobis ſit reſiſtentia
Hic proderit plus paciencia
Non ad Vitam ſed ad pium finem
Reſpicite datur ſentencia
Super omnem mors Vincit hominem

Carthuſienſis
Jn mundo ſum mortuus Vt conſtat
Vnde minus cupio Viuere
Quãuis morti quilibet reſiſtat
Suo poſſe ſic conuenit ire
Velit deus meam recipere
Nunc animã dulciter Vt ſuas
bonitates poſſim recipere
Eſt hodie talis qui nichil cras

Mors
Cliens Virgam regalem defferens
Vt Videtur Vos eſtis rebellis
Fruſtra tamen eritis differens
Choreare ſentencia talis
Eſt chorea cunctis generalis
Mundi maior tranſit hac ſemita
Mors cõmunis eſt bonis et malis
Nec eſt fortis quin fortis ſit ita

Cliens
Mors mordere cur me nunc preſumis
Qui ſum cliens et regis ſeruitor
Te iudico furioſam nimis
Quãuis ego ſim tuus debitor
Vndiqꝫ ſum captus ecce tortor
Qui me cedit nec Vltra patitur
Mors ꝙ ego ſum ſuus creditor
Qui non diſcit Vix ita moritur.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf